



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessoriorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Oleum

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

pere, nisi fortè liberè donatum.

*Fum. Dominium n. 13. Vide Mol. d. 83. vbi fuse.

OLEVM.

1. **O**leum non sacrum additum sacro fit sacrum, modo quantitas non sacri sit minor, vel certè non sit notabiliter maior.

Vide Sylu. verb. aqua benedicta. q. 3.

*Syl. Fum. V. Oleum paulatim, & in minori quantitate miscendum esse, ait. Corona. 4. de extr. vnt. nu. 7. non fieri benedictum ait, additum oleum, nisi adinuicem fiat identificatio, id est, nisi omnes minimæ partes se contingant. vide tex. & glos. c. Quod in dubijs, de consecr. eccles. vel alt.

2. Oleo Chriftatis potest æger de licentia Episcopi vngi. Vide Innoc. I. Epist. 1.

*Chrifta pro oleo adhiberi posse in extrema vnctione, colligi posse videtur ex c. Illud superfluum. d. 95. vbi tamen Gl. dicit chrisma, vel pro oleo accipi, vel chrismate Episcopum, oleo sacerdotem vti. Vide Scot. d. 23. q. 1. art. 3. ad 1. Bedam, Iansenium in c. 6. Marci. Bellar. c. 9. de ext. vnt. Val. locum Innocentij intelligit de oleo benedicto, cum chrisma, latè vocabulo accepto oleum, significet. videt. 4. d. 9. q. 1. p. 2. Baronius t. 1. 19. Petri anno, propè finem, locum explicat Innocentij: sed nihil de hac re.

Oleum, quo (Marc. 6.) Apostoli vngabant infirmos, ad morbos pellendos sacramenti

videt.

virtute præditum fuisse negant *Baronius l.e.* (simplici enim oleo benedicto ad curandos morbos ut licet, & licuit. vide *Sozom. hist. l. 6. c. 21. & 29. Ruffi. l. 2. c. 4. Clem. l. 8. constit. c. 35. Bellar. Baron. l. c.*) *Sot. l. c. ar. 1. Iansl. c. Ruardus in ar. 12. Bellar. l. c. c. 2. Val. l. c. p. 1.* affirmant autem *Vualdensis t. 2. de sacr. c. 163. Castro. de Hæres. V. ext. vinct. Io. Maldonat. in c. 6. Marci,* contra prioris sententiæ authores districto gladio pugnants.

Consecratum chrisma adhibere ad sanandos cœcorum oculos, Papa indulgente licet. *Syl. vers. Oleum.*

Opinio, vide Dubium.

1. **O**pinio est assensus cum formidine de opposito.

Oratio, vide Hora Canonica.

1. **Q**ui orat ex obligatione tenetur attendere, alioqui non satisfacit.

* *Fum. Oratio. i. Nau. c. 25. nu. 97. 105. 106. vide Tol. l. 2. c. 13. num. 9.*

2. Possunt orari, & animæ quæ sunt in purgatorio (etsi quidam id negent) & qui creduntur esse in cœlo, sed priuata solum oratione.

* *Negent Syl. Oratio. nu. 3. ex D. Thom.*

3. Obligare orandi præceptum in maxima tua, aut proximi necessitate, item cum necesse ad gratiam præparari, ut cum suscipiendū est